misset et nulli unqz confiteri auderet dixit
et sanctus iohannes vt saltem illud scri
beret eo qd scribere sciebat et sigillatum
ei afferret et ipse p ea oraret. Cui illa as
sensit et peccatū scribens diligenter sigil
lauit et beato iohanni tradidit. Sed p
paucos dies beatus iohannes infirmatus
in domino requieuit. Illa vt audiuit
illū defunctum se vituperatam et confu
sam putauit credens qd scriptū alicui cō
misset et ad manus alterius deuenisset.
ad tumulum igitur sancti iohannis accessit
et ibi vberzime flens clamabat dicens
Heu heu putans confusionem vitare cō
fusio omnibz facta sum. Cumqz amarit

sime fletet et beatū iohannē rogaret vt
sibi ostenderet vbi nam scriptū suum di
misset. Ecce beatus iohannes in habitu
pontificali de tumulo pcessit duobz ep
iscopis qui secum quiescebant. Hinc in
vallatus dixitqz mulieri. Cur nos tantū
infestas et me et sanctos istos qui mecum
sunt quiescere non pmittis. Ecce stole
nostre lacrimis tuis omnes madefacte
sunt. Porrexitqz sibi scriptū suum sigil
latum vt prius fuerat dicens ei. Vide sigil
lum hoc et aperi scriptū tuū et lege. Quod
illa aperiens peccatū suum omnino deletū
inuenit. Et ibi taliter scriptum reperit
propter iohannem seruum meum deletū
est peccatum tuum. Sicqz illa immēsas
deo gracias retulit. Et beatus iohannes
cum alijs episcopis in monumentum
rediit. Claruit arca annos domini
dc. quinto. tempore foce imperatoris

De conuersione sancti pauli apostoli
Conuersio sancti pauli apostoli
facta est eodem anno quo christus
passus est et stephanus lapidatus anno
nō naturali s emergenti. Nā christus. viij.
kal. february passus est. Stephanus eo
dem anno. iij. die augusti lapidatus est
Paulus vero. viij. kal. february cōuer
sus est. Naure autem eius conuersio po
tius qz aliorum sanctorum celebratur
triplex ratio solet assignari. primo pro
pter exemplum vt nullus quantumcum
qz peccator desperet de venia quando tan
tum in culpa postmodum conspiciat fuis
se in gracia. Secundo propter gaudium.
Sicut enim ecclesia magnam tristitiam
habuit in eius persecutione. Ita maxi
mam letitiam recepit in eius conuersio
ne. Tercio propter miraculum quod
scilicet dominus in eo ostēdit. Dum
de seuisimo persecutore fecit fidelissimū pre
dicatorem. Et em conuersio fuit miraculosa

Ratione efficientis id est cristi qui cum conuertit ibi enim ostendit suam mirabilem potentiam in hoc quod dixit durum est tibi contra stimulum recalcitrare. Et in hoc quod ipsum tam subito immutauit. Unde continuo imutatus. Rndit domine quod vis me facere Aug⁹ sup hoc verbo occisus agnus a lupis fecit agnos de lupis. Jam parat se ad obediendum qui prius seuebat ad psequendum. Secundo eius mirabilem sapientiam mirabilis enim sapientia fuit in hoc quod ipsum a timore superbie delectat offerendo infima humilitatis non sublimia maiestatis. Ego inquit. si ihesus nasarenus etc. gloria non deum vel dei filium se vocat sed humilitatis inquit mee suscipe infima et superbie tue squamas depone. Tercio ibi ostendit suam mirabilem clementiam quod notat ex hoc quod ipsum existentem in actu et voluntatem psequendi conuertit licet enim haberet deformem affectum quod spirans minarum etc. puerum conatum quod accessit ad primapres sacerdotum etc. quasi se ingerens. Demum actum quod ibat ut vincit pduce ret in ierusalem et ideo eius iter pessimum erat ipsum tamen minima diuina conuertit. Secundo fuit miraculosa ratione disponens id est lucas que ipsum ad conuersionem disponit. Ipsa enim lux dicit fuisse subita immensa et celica et subito inquit arcifulsit eum lux de celo. Paulus enim tria vicia in se habebat. primum erat audacia quod notatur in hoc quod dicit accessit ad primapres sacerdotum etc. gloria non vocatus sed sponte zelo conditante eum. Secundum erat superbia quod notat in hoc quod dicitur spirans minarum etc. Tercium erat carnalis intelligentia quam scilicet in lege habebat. Unde gloria sup illud Ego si ihesus etc. Ego de celestis loquor quem mortuum putas sensu iudeico. Ipsa igitur

lux diuina fuit subita ut audacem terzeret immensa ut sublimem et superbum in via humilitatis pstereret fuit celica ut carnalem eius intelligentiam in celestem mutaret. Vel potest dici quod illud disponens fuit in tribus scilicet in voce clamante in luce fulgente in virtute potencie. Tercio fuit miraculosa ratione patientis id est ipsius pauli in quo facta est ouersio ipsa. In eo enim hec tria miraculose exteri facta sunt. scilicet prostratio obcecacio et triduanana ieiunacio. est enim prostratus ut erigatur quantum ad depressum affectum aug⁹. prostratus est paulus ut cecaret cecatus ut mutaretur mutat⁹ est ut mittaretur missus est ut pro veritate pateretur. Item aug⁹ elisus est seuens et factus est credens. Elisus est lupus et factus est agnus. Elisus est persecutor et factus est predicator. Elisus est filius per diaconis erectus est vas electionis. Est obcatus ut illustret quantum ad tenebrosam intellectum. Unde et in illo triduo quo mansit cecatus dicitur quod doctus fuerit euangelium. Non enim accepit illud ab homine ut per hominem ut ipse testat sed per reuelacionem ihesu cristi Aug⁹ paulum dico verum athletam cristi doctum ab illo vinctum de illo crucifixum cum illo et gloriosum in illo. Est in carne maceratus ut ipsa caro disponatur ad bone operacionis effectum optime enim deinceps corpus eius ad omne opus bonum dispositum est. Nam esurire et habundare sciebat et vbiq; et in omnibus institutus erat et omnia aduersa libenter sufferebat. Crisostomus. tyrannos ac populos spiritates furorem velut quosdam esse tulices estimabat mortem vero atq; cruciatus et mille suplicia quasi ludum putabat esse puerorum hec amplectabatur libenter. et magnam decorabat cathena vincit⁹ quam diademate coronat⁹ ac liberat⁹ recipiebat

vulnera q̄ alij munera Vel ista tria di-
cunt̄ fuisse in eo cōtra tria que fuerunt i
primo parente. In ipso em̄ fuit contra
deum erectio et econtra i paulo ad terzā
p̄stratio In ipso oculoꝝ apercio ⁊ ecō-
tra in paulo oculoꝝ obcecacio In ipso
fuit manducacio cibi vetiti et econtra in
paulo abstinecia cibi liciti. **De s̄o Juliano**

Julian⁹. q. uibil⁹ ⁊ ana qd̄ ē sura
fū Ince iulian⁹. q. iubilian⁹. qz cū
iubilo supna peijt. Vel a iulius qd̄ est
incipiens ⁊ anus. Rā in dei seruiacio fuit
senex longamimitate sed incipiens sui
reputacione.

Julian⁹ cenomaneñ. ep̄s fuit. b.
Symon ille leprosus dicitur fuisse
quē domin⁹ a lepra sanauit. Et qui do-
minū ad cōuiuū mutauit. Qui post
ascensionē dñi ab apostolis cenomani-
episcopus ordinat⁹ est. Hic multis vir-
tutib⁹ clar⁹. tres etiā mortuos suscitauit
et postmodū in pace quieuit. Iste dicit̄
esse ille iulian⁹ q̄ ab itinerantib⁹ p̄ iuuenē
do bono hospicio inuocat⁹. eo q̄ i domo
eius dñs fuerit hospitatus. S; vñ vide-
tur ēē ali⁹ iulian⁹. q̄ sc; vtrūq; parētem
ignozāter occidit. Fuit ⁊ ali⁹ iulian⁹ de al-
uerma genere nobilis s; fide nobilior q̄
desiderio martirij se vltro p̄secutorib⁹ of-
ferbat tādē crispin⁹ consularis misit mī-
strū ⁊ eum occidi mandauit. qd̄ sentēs
iulian⁹ sponte foras p̄silijt. Furenti et
querenti intrepidus se opponens p̄tin⁹
ictū feriētis excepit. Cui⁹ caput leuātes
ad sanctum ferreolum iuliani locum
detulerunt ⁊ eidē mortē similem mimantē
misi p̄tin⁹ imolaret. Quib⁹ cū assentire
nollet eū occiderunt ⁊ caput sancti iulia-
ni cū corpore sancti ferreoli in vno tu-
mulo posuerūt. Et post multos annos
sanct⁹ mamert⁹ vieneñ episcopus inue-
nit cap⁹. s. iuliani iter man⁹ sancti ferre-

oli ita illesū et integrum ac si eadē die
fuisset sepultū. Inter hui⁹ sancti miracu-
la solet referri q̄ cū qdā dyacon⁹ oues
ecclesie sancti iuliani rapet ⁊ pastores
eidē ex pte sancti iuliani p̄hiberent. ille
rēdit iulian⁹ nō omedit arietes. Et ecce
post modicū febre vehementissima pur-
gat⁹. et inualescente febre q̄ a martire in-
cedit ōstet. Fecitq; sup se iactari aquā
vt refrigeraret. S; statī tant⁹ fum⁹ et
feroz de corpore ei⁹ exijt vt cuncti q̄ aderāt
fugerēt. ⁊ ipse post modicū expiraret. cū
quidā rustic⁹ vt ait Gre. turoneñ i die
domica arare vellet p̄tin⁹ contractis digi-
tis manubziū securis cū qua vomerem
mūdare volbat ei⁹ dextre adhesit. S;
post duos annos in ecclesia sancti iulia-
ni ad ei⁹ preces curat⁹ ē. fuit isup alius
iulian⁹ frater. b. ulij hij duo fratres ad
theo. dñi ipatorē cristiāmissimū vnerūt
parentes vt repla ydolorū vbiq; inue-
nirēt destruerēt ⁊ cristi ecclesias edifica-
rēt. Qd̄ imperator libenter facēs scripsit
vt omnes eis debeat obedire. et eos i oī-
bus s; pena capitis adiuuare. Cū igitur
beati iulian⁹ ⁊ iulij i loco q̄ dicit̄ gaudi-
anū ecclesā fabricarēt. et cūcti trāsēntes
eos i ope ob ipatoris ipnū adiuuarent
stigit vt qdā cū curzu trāsitu facerēt. q̄
dixerūt adinuicē. quā excusacōz p̄terde-
re poterim⁹ ut liberi trāsēam⁹ ⁊ i ope isto
nō occupemur dixerūt qz. p̄ciam⁹ vnū
ex nob i plaustrū supimū ⁊ eū p̄amis co-
opiam⁹ dicem⁹ qz q̄ hoīez mortuū i vehi-
culo hēm⁹ ⁊ sic libi trāsire poterim⁹. Ar-
ripiētq; hoīez vnū sup plaustrū p̄ice-
rūt ei⁹ dixerūt. tu sile ⁊ oculos claudē ⁊
quisq; trāsierim⁹. q. mortu⁹ iace. cūq; ho-
minē tanq̄ mortuū coopuissent et vsq;
ad famulos di iulianū ⁊ iulij venissent
dixerūt eis serue dei filioli parūp s; sisti-
te et nos in hoc ope modicum adiuuate

Qui responderunt non possumus hic stare quomā hominē mortuū in plau- stro habemus. **Quibz** sanctus iulianus dixit ut quid ita mentimini filij et illi non mentimur domie sed sic est ut loq- mur sed sanctus iulianus dixit secundū veritatē dicti vestri ita uobis cōtingat et illi boues pun gentes ptransierunt cū qz pcul ptransissent accedentes ad carzū ceperunt collegam suū vocare ex noīe dicentes. **Surge** amō et stimula boues ut celerius transeamus. **Cum** aut nulla renus se moueret eum pulsare ceperunt dicentes ut quid deliras surge et stimula boues. **Sed** cum nullatenus ille surgeret vel responderet accedentes ad eum dis cooperierūt et mortuum inuenerunt tātusqz timor ipsos et ceteros inuasit ut nullus de cetero famulo dei mētri aude- ret fuit etiā alius iulianus qui vtrūqz parentem nesciens occidit. **Cū** ergo em iulianus predictus iuuenis ac nobilis quadam die venacomi insisteret et quē- dam ceruum repertum insequeret subito ceru? versus eū diuino nutu se uertit elqz dixit. **Tu** me insequeris qz patris et ma- tris tue occasor eris. **Quod** ille audiēs vehementer extimuit et ne sibi forte con- tingret quod a ceruo audierat relicto omnibus clam discessit ad regionē val- de remotam puenit ibiqz cuidam prin- ci adhesit et tam strenue vbiqz et in bel- lo et in palatio se habuit qz piceps eū militem fecit et quandā castellanā vidu- am in coniugem ei tradidit et castellum p dote accepit. **Interea** parentes iuliani p amissione filij iuliani nimium dolen- tes vagabundi vbiqz pergebant et filiū suum soliate requirebant. tanōē ad cas- trum vbi iulianus pceerat deuenerunt. **Tūc** autē iulianus a castro casu recessit rat quos cū vxor iuliani vidisset et qui

nam essent inquisiuisset. **Et** illi omia qz filio suo acciderāt enarzassent. **Intellexit** qz viri sui parentes erant vtrūqz qz hoc a viro suo forte frequenter audierat ip- sos igitur benigne suscepit et p amore vi- ri sui lectum suum eis dimisit et ipsa sibi alibi lectulum collocauit. **facto** autem mane castellana ad ecclesiam perrexit et ecce iulianus mane veniens i thalamū quasi vxorem suam exatatur? intrauit et iuuenis duos pariter dormiētes vxo- rem cum adultro suo silenter extracto gladio ambos pariter interemit exiens autē domum vidit vxorem ei? ab eccle- sia reuertentem et admirās interrogauit qui nam essent illi qui in suo lecto dor- mirent. **At** illa ait parentes vestri sunt qui vos diutissime quiesierunt et eos in vestro thalamo collocaui qz ille audiēs pene exanimis effectus amarissime flere cepit ac dicere heu miser quid faciam qz dulcissimos meos parentes occidi. **Ecce** impletum est verbū cerui quod dum vi- tare volui miserimus adimpleui. **Iā** vale soror dulcissima qz de cetero nō qz- escam donec sciam qz deus penitēciā meā acceperit. **Cui** illa absit dulcissime frater ut te deseram et sine me abeas. **Sed** que sui tecū particeps gaudij ero particeps et doloris. **Tunc** insimul recedentes iux- qddam magnū flumen vbi multi pericli- tabantur qddam hospitale maximū sta- tuerunt ut ibi penitēciā facerent et om- nes qui vellent transire fluum incessan- ter transueherēt et hospicio vniuersos pau- peres reciperent. **Post** multum vero tem- poris media nocte dum iulianus fessus quiesceret et gelu grane esset audiuit vo- cem se miserabiliter lamentantem ac iu- lianum ut se traduceret voce lugubri i- vocantem qz ille audiēs conatus sur- rexit et iam gelu deficientē inueniens in

domum suā portauit ⁊ ignem accendēs
ip̄m calefacere studuit. **S**ed cū calefieri
non posset ⁊ ne ibi deficeret timeret ip̄m
in lectulum suū portauit ⁊ diligētē co-
operuit. **P**ost paululū ille qui sic infir-
mus ⁊ quasi leprosus apparuerat splendi-
dus. scēdit ad ethera ⁊ hospiti suo dixit
Juliane dominus misit me ad te. man-
dans tibi q̄ tuā penitentiā acceptauit
et ambo post modicū in domino quiesce-
tis. **S**icq̄ ille disparuit et iulian⁹ cum
uxore sua post modicum plenus bonis
operib⁹ et elemosinis in domino requie-
scit ⁊ alius iulianus non quidē sanct⁹
sed sceleratissim⁹ scilicet iulian⁹ aposto-
ta. **H**ic iulianus prius fuit monachus
et magne religionis simulator. **Q**uedā
autē mulier vt refert magister iohānes
belech ī sūma de officio ecclēie habēs tres
ollas plenas auri. **A**urū illud ī orificijs
ollarū cinere ne apparerēt operuit et pre-
dictas ollas iuliano quem sanctissimū
hominē estimabat corā quibusdā mo-
nachis seruandū tradidit. **Q**uod aurū ibi-
dē esset nō aliter indicauit **J**ulianus igitē
predictas ollas accipiens ⁊ tam copio-
sum aurū ibidē inueniens totū illud au-
rum furatus est ⁊ ollas impleuit cinere.
Post aliqd̄ tēp⁹ cū mulier depositū suū
requireret ille ollas cū cinere sibi reddi-
dit. **C**ū vero aurum requireret conuincere
illū nō potuit. qz de auro testes nō ha-
buerat. qm̄ monachi corā quibus hoc
sibi tradiderat nil in eis nisi cinerem vi-
derant ⁊ sic aurum obtinuit cū quo ro-
mam fugit. ⁊ p̄ illud aurum sequētē tē-
pore rome obtinuit cōsulatū. dein ī
perium sublimatus est. **Q**ui cū instruct⁹
esset a puericia ī arte magica ⁊ mltū sibi
placeret magistros inde plures secū ha-
bebat. **D**ie autē quadam sicut ī hystoria
triptita habet cū puer adhuc esset recedē

te magistro suo solus remansisset et ad-
iurationes demonum legere incepisset.
Ante eum maxima multitudo demonū
instar ethyopū nigrozū aduenit. **T**unc
iulian⁹ hoc videns et metuens signū cru-
cis p̄tinus fecit. ⁊ omnis illa multitudo
demonū euanuit. **Q**uod cū magistro res-
uertenti quid sibi acciderit retulisset. dixit
ei magister suus hoc signū crucis maxie
demonēs odiunt ⁊ timent. **S**ublimat⁹
igitē ī imperiū hui⁹ rci memorans cum
p̄ artē magicā operari vellet apostota-
uit et signum crucis vbiq̄ destruxit. ac
cristianos in quantum potuit p̄secutus
est. putans q̄ aliter demonēs sibi mini-
me obedirent. **D**escēdens iulian⁹ ī p̄sidā
sicut legit inuitas patrū. misit demonē
in occidentem vt sibi in deportaret res. **Q**uod
cū autē demon ad quēdā locū venisset
p̄ decē dies ibidē immobilis stetit qz quēdā
monach⁹ ibidē die ac nocte orabat et
ei sine effectu regresso. dixit iulianus.
Quare tantum tardasti. **Q**ui respondit.
Sustinui p̄ decē dies publicum mo-
nachum si forte ab oratione cessaret.
Et transire possem. **C**umq̄ non cessaret
prohibitum sum transire. et redij nichil
agens. **T**unc indignatus iulian⁹ dixit
qz cum illuc veniret v̄dictam de illo
monacho faceret. **C**um ergo de p̄ris vi-
ctoriā sibi demonēs p̄mitterēt. sophista
su⁹ dixit cuidā cristiano. **Q**uid putas
nunc facit fabri filius. **E**t ille. **S**epul-
chrum parat iuliano. **D**um igitur vt ī
hystoria sancti basilij legitur fulbert⁹
carnotensis episcopus testatur cesaream
capadoce deuenisset sanct⁹ basilis eidē
occurrit et quatuor panes ordeatos p̄
munere ei misit. at iulian⁹ indignat⁹ eos
reape cōtēpsit ⁊ p̄ panib⁹ sibi fenū misit
dicēs pabulū nob̄ irrationabilū aī altū
obtulisti. reape qd̄ misisti. r̄ndit basilis⁹

Nos quidē qđ comedimus tibi misim?
 tu vero dedisti nobis unde bestias tuas
 nutris Ab hoc iratus iulianus respōdit
 Cum plās subegero hanc urbem destrua
 et arabo vt farzifar magis qđ hominifar
 nominetur. Sequenti autē nocte vidit
 basilius in ecclesia sancte marie in visu
 multitudinem anglozum et in medium
 eorum quandam feminā in throno stā
 tem et astantibz dicentem. Vocate michi
 ato mercuriū qui iulianum apostoram
 occidat qui me et filium meum superbe
 plashemat. Erat autē mercurius miles qđ
 dam qui ab ipso iuliano p fide cristi fue
 rat interfectus et in eadem ecclesia erat se
 pulchus. Statimqz sanctus mercurius
 cum armis suis quiescebat que ibi ser
 uabantur affuit et iussus ab ea in preli
 um se p̄parauit. Exprobrat itaqz ba
 silius ad locum vbi sanctus mercurius
 cum armis suis quiescat iuit et monu
 mentum suū aperiens nec corpus ibidē
 reperit nec arma inuenit. Tūc custodem
 asportauerit inquisiuit. Ille vero cum
 iuramentum affirmabat eadē vespere ibi
 dē fuisse vbi p̄petuo seruabatur. Inde igitur
 basilius recedens et mane illuc redi
 ens inuenit ibidē corpus eius et a rima et
 lanceam sanguine cruentatam ecce qđ
 dē de exercitu rediens dixit cum iulianus
 imperator in exercitu moraretur ecce qui
 dam miles ignotus cum armis suis et
 lancea veniens et calcantibus vrgēs equū
 audaci mente. Iulianum imperatorē im
 pectit et lanceam fortiter vibrans ipsū
 valide p̄ medium perforauit et subito ab
 sedens nusqz cōparuit Ipse vero iulianus
 dum adhuc spiraret sanguine manum
 suam impleuit sicut dicitur in hystoria
 tripartita et in aera picat dicens viciisti
 galilee uicisti sicqz in hijs uocibus mise
 rabiliter expirauit ab omnibus autē suis

in sepulchro reliquitur et a perlis excozi
 atur et de corio suo regi persarum sub
 stratozium efficitur

O Icto de festiuitatibz que occurrūt
 infra tempus qđ partim cōtinet
 sub tempore reconciliacionis partim sū
 tempore peregrinacionis quod tempus
 representat ecclesia a natiuitate xpi usqz
 ad septuagesimā Sequitur videre de fe
 stiuitatibus que eueniunt infra tēpus
 deuacionis qđ incepit ab adam et dura
 uit usqz ad moysen quod tēpus repre
 sentat ecclesia a septuagesima usqz ad
 pascha. **De septuagesima**

S Septuagesima signat tempus deu
 acionis. Sexagesima tempus ui
 duacionis quinquagesima tēpus remis
 sionis. Quadragesima tēpus penitencie
 spiritualis. Inchoatur autē septuagesi
 ma a dominica in qua cantatur arcum
 dederunt me et terminatur i sabato post
 pascha. Instituta est autē septuagesima
 ppter tres rationes sicut inuitur de officio
 magistri iohannis beletz scilicet pro
 ppter redempcionem quoniam sancti pa
 tres statuerūt vt ppter veneracionem di
 ei ascensionis in qua natura nostra ce
 los ascendit et sup choros angelozū sū
 limata est semp ipsa quinta dies solem
 nis et celebrius haberetur et in ea ieiuniū
 non obseruaretur qz in p̄mittua eccle
 sia eque solēnis erat sicut prima feria
 vnde et tūc solēnis p̄cessio fiebat ad
 representandū p̄cessionem discipuloz
 vel ipsozum angelozum Ideo in vulga
 re p̄uerbiū versum est vt diei dominice
 dicatur signata dies iouis qz antiquus
 fuit eque solēnis sed festa sancto
 rum supuenerunt Et celebrare tot festa
 erat honozosum Ideo solēmpnitas illa
 cessauit. In redempcionem ergo illozū
 dierū sancti patres vnam septimanā et

in abstinentia addiderunt et septuagesimam
vocaerunt. Alia est propter significacionem
quam per hoc tempus significatur deuotio
exilium et tribulatio totius humani ge-
neris. Ab adam usque ad finem mundi.
Quod quidem exilium sub reuolutio-
ne septem dierum pagitur. Et sub reuo-
lutione septem milium annorum inclu-
ditur per septuaginta enim dies septuaginta
centenas annorum intelligimus. Ab in-
itio autem mundi usque ad ascensionem sex-
milia annorum computamus. Et tunc
vero quiddam temporis sequitur usque ad
finem mundi sub septimo miliario con-
prehendimus cuius terminum solus deus
nouit. Nos igitur christus in sexta etate
mundi ab hoc exilio in spe eterne retribu-
tionis reddita innocencie stola per ba-
ptismum eripuit. Sed consumato tem-
pore nostri exilij utraque stola nos perfe-
cte decorabit. Vnde est quod in hoc tempo-
re deuotio et exilij cantica leticie de-
ponimus sed tamen in sabbato pasche unum al-
leluia decantamus tanquam in spe eterne pa-
trie gratulantes et stolam innocencie in sexta
mundi etate per christum recuperantes. cui etiam
tractus subiicitur per quem significatur labor qui
adhuc ad implecionem mandatorum dei ha-
bere debemus. In sabbato post pascha in quo
ut dictum est terminatur septuagesima duo
alleluia cantamus quia completo huius mun-
di termino duplicem stolam glorie consequamur.
Alia est ratio propter representationem
quam septuagesima representat septuaginta
annos quibus filij israel sub captiuitate
babilonica fuerunt. Et quemadmodum illi
deposuerunt organa sua dicentes quomodo
cantabimus can-domini etc. sic et nos
cantica laudis depomimus. Postea vero da-
ta illis licentia redeundi a quo sexagesimo
anno ceperunt letari. Et nos qui in sa-
bato pasche tanquam in quadragesimo anno

alleluia cantamus eorum representando le-
ticiam. Sed tamen illi in apparatu redierunt
et in colligendo sarculas multum labora-
uerunt. Et nos post alleluia tractum
statim subiungimus qui laborem signifi-
cat. Sabbato autem quo septuagesima
terminatur. Duo alleluia cantamus
eorum plenam leticiam per quam perue-
nerunt in patriam figurantes. Hoc etiam
tempus captiuitatis et exilij filiorum
israhel representat tempus nostre pere-
grinationis. Quia sicut ipsi in sexagesimo
anno sunt liberati. Sic nos in
sexta mundi etate. Et sicut adhuc in col-
ligendo sarculas laborauerunt. Sic et
nos etiam liberati in complecione man-
datorum laboramus. Sed cum ad patri-
am peruentum fuerit labor omnis cessabit
et gloria perfecta erit. Et duplex al-
leluia in corpore et anima cantabimus
in hoc igitur tempore exilij ecclesia mul-
tis tribulationibus pressa et fere in bara-
tro desperationis posita ab alto trahens
suspiria clamat in officio et dicit. Circum-
dederunt me gemitus etc. Et ostendit ec-
clesia multiplicem suam tribulationem quam
habet. et per miseria contracta et per duplicem
penam inflicta et per culpa quo ad aliquos
commissa. Sed tamen ne desperet proponitur
ei in euangelio et in epistola triplex
salubre remedium et triplex premium. reme-
dium est ut si ab illis vult perfecte liberari in
vineam vite sue laboret abscidendo vitia et
peccata. postea in stadio presertis vite cur-
rat per penitentiae opera. deum viriliter in agone
pugnare et omnia dyaboli temptamenta. Et si hoc
fecerit triplex premium habet. quia laboranti
dabitur denarius currenti balauium pugnantis co-
rona. quia etiam lxx. significat tempus nostre capti-
uitatis propositum nobis remedium. per quod a capti-
uitate possit liberari. scilicet per cursum fugiendo per
pugnam preliando per denarium redimendo.

De Sexagesima

Sexagesima incipitur in dominica in qua cantatur. Exurge quare obdormis domine et terminatur in quarta feria post pascha. Instituta est autem propter redemptionem et propter significationem et propter representationem. Propter redemptionem quoniam melchisedes papa et beatus silvester statuerunt ut bis in omni sabbato comederetur ne propter abstinentiam quam homines sustinuerunt in sexta feria in qua omni tempore ieiunandum est natura debilitaretur. In redemptionem ergo sabbatorum illius temporis unam septimanam .xl. addiderunt et sexagesimam vocauerunt. Alia ratio est propter significationem quoniam sexagesima significat tempus viduitatis ecclesie et merorem illius pro abstinentia sponsi quoniam fructus sexagesimus debetur viduis. In consolatione autem pro absentia sponsi qui ad celos raptus est dantur ecclesie due ale scilicet sex operum misericordie exercitatio et decalogi impletio. Unde sexagesima sonat sexiesdecem ut per sex intelligatur sex opera misericordie per decem decalogus intelligatur. Tercia ratio est propter redemptionem. Nam sexagesima non solum significat tempus viduitatis sed etiam misterium nostre redemptionis representat. Nam per decem intelligitur homo qui est decima dragma eo quod factus sit ut ruinam nouem ordinum repararet vel intelligitur per decem eo quod constat ex quatuor humoribus quantum ad corpus et habet tres potencias in anima scilicet memoriam intelligentiam et voluntatem que facte sunt ut seruiant beatissime trinitati ut in ipsam fideliter credamus ipsam seruenter diligamus et semper in memoria teneamus. Per sex intelliguntur sex misteria per que homo decimus est redemptus que sunt incarnatio natiuitas passio

Descensio ad inferos resurrectio et in celum ascensio et prenditur sexagesima usque ad quartam feriam post pascha. In qua cantatur Venite benedicti pa. m. quod illi qui in operibus misericordie se exercent audiant istud Venite benedicti ut ipse christus testatur ubi tunc sponse ianua aperietur et amplexu sponsi fruetur. In epistola pauli admonetur ut instar pauli tribulationem de absentia sponsi patienter tolleret in euangelio ut seminatorem bonorum operum semper insistat et que quasi desperans clamauerat circūderunt me et nunc quod ad se rediens petit in officio in tribulationibus adiuuari et ab ipsis eripi dicens. Exurge domine et ponit ibi triplex exurge quidam enim sunt in ecclesia qui aduersis premuntur sed non deiciuntur quodam qui nec premuntur nec deiciuntur tamen qui aduersa non tollunt periculum est ne prospera ipsos frangant. Clamat ergo ecclesia ut exurgat quantum ad primos ipsos confortando cum dormire videntur ipsos non eripiendo clamat ut exurgat quantum ad secundos ipsos confortando a quibus videntur faciem auertisse se ipsos quodammodo repellendo. Clamat ut exurgat quantum ad tercos in prosperis adiuuando et liberando.

De quinquagesima

Quinquagesima durat a dominica in qua cantatur. Esto michi in deum precor. et terminatur in ipso die pasche. Instituta est autem propter supplementationem et propter significationem et propter representationem. propter supplementationem quoniam cum debeamus .xl. diebus ieiunare ad similitudinem christi et non sunt ibi nisi .xxvi. dies ieiunabiles quod in dominicas non ieiunatur generaliter tamen propter leticiam et reuerentiam resurrectionis tamen exemplo christi ipsa die resurrectionis bis comedit scilicet quando intrauit ad discipulos

Januis clausis ⁊ illi obtulerunt ei par-
tem piscis assi et fauum mellis. Et iterū
cum discipulis cunctibus in emaus se-
cundum quosdam. Ideo pro supplecio-
ne dominicarum additi sūt quatuor die-
es. Et iterum clerici videntes q̄ sicut pre-
cedebant populum ordine. ita procedere
deberent sanctitate. Per duos iterum die-
es ante illos quatuor abstinere ⁊ ieiuna-
re incipiunt ⁊ sic vna septimana addita
est. que ⁊ quinquagesima nominat. et
hoc papa thelesphorus ordinauit ut ait
ambro. Alia ratio est propter significa-
tionem quoniam quinquagesima signi-
ficat tempus remissionis id est tempus pe-
nitentiae in qua omnia remittuntur quin-
quagesimus enim annus erat iubilaeus.
qui erat annus remissionis. quia tunc
debita remittebantur. Serui liberabantur
Et omnes ad suas possessiones reuerteban-
tur Per quod significabatur q̄ p̄ pe-
nitentiam dimittuntur debita peccatorū
liberantur omnes a seruitute domonum.
Et reuertuntur ad possessiones celestium
mansionum. Tercia ratio est propter re-
presentationem. Nam quinquagesima
non solum tempus remissionis. sed etiā
statum beatitudinis representat. Nam
in quinquagesimo anno serui efficiebantur
liberi In quinquagesimo die a die agni
immolati lex data est In quinquagesimo
die a pascha datus est spiritus. Et ideo
numerus beatitudinem representat. Vbi
erit adeptio libertatis. cognitio veritatis.
et perfectio caritatis. Tria autem sunt
necessaria que proponuntur nobis in
epistola ⁊ in euangelio ad hoc q̄ opera
penitentie sint perfecta. scilicet caritas
que proponitur in epistola. memoria dor-
minice passionis et fides que intelligitur
per illuminationem cetera. ⁊ h̄ ponuntur in
euangelio Nam fides ipsa opera facit ac

ceptabilia quia sine fide impossibile est
placere deo Memoria dominice passio-
nis facilia. Vnde gre. Si passio cristi
ad memoriam reducat nichil est q̄ nō
equo animo toleretur Caritas facit esse
continua quia sicut dicit gre. Amor dei
non potest esse otiosus. Operatur enim
magna si est. Si autem operari negli-
git amor non est. Et sicut in principio
ecclesie. q. desperans clamauerat Circūde-
derūt me ⁊c. Et postmodū ad se rediens
adiuuari petebat Ita hic iā concepta fidu-
cia et spe venie propter penitentiam orat
et dicit. Esto michi in deum protecto. ⁊c.
Vbi quatuor petit scilicet protectionē.
firmamentum. refugium. et ducatum.
Omnes enim filij sui aut sūt in gratia. aut
sunt in culpa. aut in aduersis. aut in
prosperis. Illis qui sunt in gratia petit
firmamentum. vt scilicet in ipsa gratia
confirmentur. Illis qui sunt in culpa
petit vt deus sit eorum refugium. Illis
q̄ sūt in aduersis petit protectōz vt in ipsis
aduersis p̄tegāt. Illi q̄ sūt in prosperis pe-
tit ducatum. vt scilicet in ipsis a deo innocēt du-
cātur Terminatur autē quinquagesima
vt dictum est in die pasche quia peniten-
tia ad nouitatem vite facit resurgere. in
hoc tempore psalmus quinquagesimus
scilicet miserere mei deus. q̄ est psal. penitentie
⁊ remissionis plurimū frequat *De quinquagesima*

Quinquagesima incipit a die qua
cetera. inuocauit me. vbi ecclesia
q̄ tot tribulacōibz pressa clamauerat Cir-
cūderūt me ⁊c. et postmodū respiraue-
rat inuocādo adiutoriu dicens Surge do-
et esto michi in deū protecto. ⁊c. Rūc oñde
se exaudita dicens. inuocauit me ⁊c. No-
tādū autē q̄ quinquagesima continet xliij. dies cō-
putatis dominicis dieb; ex q̄b; dū vi. dies
domicales subtrahūt remanent xxxvi. dies
in abstinentia qui sūt decima totius anni

Annus enim habet trescentos sexaginta-
 quinque dies. triginta sex sunt decima-
 Sed quatuor dies precedentes addun-
 tur ut facer numerus quadraginta die-
 rum impleatur quem saluator suo ieiunio
 consecrauit. Quare autem in hoc
 numero ieiunium obseruamus triplex
 ratio assignari potest. Prima est augusti-
 ni quas matheus .xl. generationes cristi
 ponit. Ad hoc igitur dominus suo qua-
 dragenario numero ad nos descendit ut
 nos ad eum nostro quadragenario ascen-
 damus aliam assignat idem dicens ad
 hoc ut habeamus quadragenarium qua-
 dragenario addendus est denarius quia ad
 hoc ut veniamus ad beatam requiem opor-
 tet nos toto presentis vite tempore labo-
 rare. Unde et dominus .xl. diebus cum disci-
 pulis mansit et post decima die spiritum
 sanctum paracletum misit. Terciam as-
 signat magister preposituus in summa de
 officio dicens. Mundus in quatuor pres-
 et annus in quatuor tempora diuiditur
 et homo ex quatuor elementis et quatuor
 complexionibus constituitur et nouam le-
 gem que in quatuor euangelia consistit
 et veterem que in decem mandata trans-
 gressi sumus. Oportet igitur ut denarius
 per quaternarium multiplicetur ut sic .xl. fa-
 ciamus id est mandata veteris et noue
 legis toto tempore vite huius impleamus.
 Consistit quidem corpus nostrum sicut
 diximus ex quatuor elementis que et quasi
 si quatuor sedes in nobis habent. Nam
 ignis in oculis. aer in lingua et auribus
 Aqua in genitalibus. terra in manibus et alijs
 membris dominatur. In oculis igitur cu-
 riositas in lingua et auribus scurilitas
 in genitalibus voluptas in manibus et
 in alijs membris est credulitas. Hec quatuor
 confitentur publicanus quod enim a longe
 stat confitetur luxuriam que est fetida

quasi dicat non audeo appropinquare domine
 ne in naribus tuis feteam. Quod non audeo
 oculos ad celum leuare confitetur curi-
 ositate quod manu percutit pectus confitetur
 credulitatem quod dicit propicius esto michi
 peccatori scurilitatem. Nam scurze con-
 fuerunt vocari peccatores vel potius le-
 catores. Hec preposituus grege. et in omni-
 tres ponit rationes dicens. Cur in absti-
 nentia quadragenarii numerus custodit
 nisi quod virtus decalogi per libros quatuor
 sancti euangelii impletur. In hoc immor-
 tali corpore ex quatuor elementis subsi-
 stimus et per voluptates eiusdem corporis
 preceptis dominicis contrariamur.
 quod ergo per carnis desideria decalogi man-
 data contempsimus digna est ut ean-
 dem carnem quadraginta affligamus a pre-
 senti quod die usque ad pascha sex ebdomode
 id est quadraginta duo dies veniunt ex qui-
 bus dum sex dies dominica de abstinen-
 tia abstrahuntur triginta sex in abstine-
 tia remanent dum vero per tricetos .lxxv. dies
 annus duatur anni nostri decimas deo-
 damus. Hec grege. Quare autem non obser-
 uamus nostrum ieiunium eodem tempore
 quo christus ieiunauit qui statim post ba-
 ptismum istud incepit. Sed cum pascha
 potius istud continuamus quaduplex
 ratio assignat in summa de officio ma-
 gistri iohannis belet. Prima est ut si
 volumus cum christo resurgere pro nobis
 christus est passus et nos cum eo pati de-
 bemus. Secunda causa est ut filijs isra-
 hel imitemur qui primo eo tempore de ba-
 bilonia quod tamen probat quoniam tam
 isti quam illi quando egressi sunt celebraue-
 runt pascha sic et vos imitantes eos hoc te-
 pore ieiunamus ut de egypto babilo-
 nia id est hoc mundo in terram eterne he-
 reditatis ingredi mereamur. Tercia cau-
 sa est quoniam fruor libidinis in tempore

utis magis solet nos accēdere. ut ergo
refrenemus corporis estum in hoc tempe
maxime ieiunamus. Quarta est qz sta
tim post ieiunium debemus corpus do
mini accipere. Sicut ergo filij israhel
prius q̄ comedere affligebantur et co
medebant agrestes lactucas et amaras.
Ita nos debemus per penitenciam prius
affligi. ut digni valeamus comedere

Iagnū vite. **De ieiunio quatuor t̄m**

Ieiunia quatuor temporum a cali
pro papa instituta sunt. Sunt autē hec
ieiunia quater in anno scilicet quatuor
tempora ipsius anni. Et huius multiplex
est ratio. Prima est qm̄ ver est calidum et
humidū. Estas est calida et sicca. Autum
nus frigidus et siccus. Hyems frigida
et humida. Ieiunamus igitur in vere
ut nosum humorem idest luxuriam in
nobis temperemus. In estate ut nos
um calorem idest auariciam in nobis
castigemus. In autumpno ut castige
mus ariditatem superbie. In hyeme ut
castigemus frigus infidelitatis et malit
ae. Secunda ratio est quare scilicet
quater in anno ieiunamus quomā pri
ma huiusmodi ieiunia fiunt in marzo
scilicet in prima septimana quadragesi
mie ut in nobis marcescant vicia. non
enim omnino possunt extinguī. Vel po
cus in nobis virtutum germina oriāt
In estate fiunt scda ut in septimana pen
tecostes qz tunc venit spiritus. s. Et nos
debemus esse feruentes in spiritu sancto
In septembri fiunt ante festum sancti
michaelis idest tertia ieiunia qm̄ fru
ctus tunc colliguntur. et nos debemus
deo reddere fructus bonorum operum.
In decembri fiunt quarta. quoniam
tunc moriuntur herbe. et nos debemus
mortificari mundo. Tercia ratio est ut
iudeos imitemur. Iudei quidem quater

in anno ieiunabant. Ante pascha. Ante
pentecostes. Ante scenophagiā idest ante
infixionem tabernaculi in septembri. Et
ante enyemia idest dedicationem in decem
bri. Quarta ratio est quomā homo cō
stat ex quatuor elementis quantum ad
corpus. et tribus potencijs scilicet ratio
nali. concupiscibili. et irascibili quan
tum ad animam. Ut ergo hec moderen
tur in nobis quater in anno per tres di
es ieiunamus ut quaternarius referatur
ad corpus. ternarius vero ad animam.
Et hee rationes sunt magistri iohannis
blech. Quarta ratio est qm̄ ut dicit. io.
damascē. In vere augmentatur sanguis
In estate colera. In autumno melanco
lia. In hyeme flegma. Ieiunamus igit
in vere ut in nobis debilitetur sanguis
concupiscencie et inepte leticie. San
guineus enim est libidinosus et letus.
In estate ut debilitetur colera iracundie
et fallacie. Colericus enim est natura
liter iracundus et versutus. In autumno
ut debilitetur melancolia cupiditatis et
tristitie. Melancolicus enim est natura
liter cupidus et tristis. In hyeme ut de
bilitetur flegma hebetudinis et pigritie.
Nam flegmaticus naturaliter est ebes et
piger. Sexta ratio est quoniam ver
comperatur aeri. Estas igni. Autumnus
terze. Diems aque. Ieiunamus igitur in
vere. ut in nobis ordinetur aer elacio
nis et superbie. In estate ut edometur ig
nis cupiditatis et auaricie. In autumno
ut edometur terra frigiditatis et tnebro
se ignorancie. In hyeme ut edometur
in nobis aq̄ leuitatis. Et icōstancie. Se
ptima ratio est qm̄ ver refertur ad puēri
ciam. Estas ad adolescenciam. Autumnus
ad maturitatem suę virilē etatē. Hyems
ad senectutem. Ieiunamus igitur in
vere. Ut simus pueri per innocenciam.

In estate vt efficiamur fortes vitando
incontinentiam In autūno vt efficiamur
maturi p iusticiam. In hyeme vt effia
amur senes p prudenciam ⁊ honestā vi
tam vel potius i hyeme ut satisfaciam⁹ q̄c
qd p alias etates domini offendimus.
Octava ratio est magistri wilhelmi al
tshordens Ideo em̄ in quatuor anni tem
porib⁹ ieiunamus vt emendemus que i
illis quatuor anni temporib⁹ deliquim⁹
Et fiunt p tres dies vt satisfaciamus in
die qd deliquim⁹ in mense Et fiunt in fe
riarū quatuor qz tunc dominus a iuda
traditus fuit. In sexta feria qz crucifixus
fuit. sabbato qz in sepulchro iacuit ⁊ qz
tristes erunt apostoli de nece sui domini

De sancto Ignatio

Ignacius dicitur quasi ignē pacē
Ad est ignē pacē diuini amoris
Ignacius fuit discipulus beati io
hannis ⁊ episcopus antiochen⁹ hic
epistolam ad beatam virginem direxis
se legitur in hec verba. Cristifer marie
suus ignacius me neophitum iobisq;
discipulus confortare ⁊ consolari debu
eras. De ihesu em̄ tuo p̄cepti mira dicta
et stupefactus ex auditu a te aut que sp
fuisti familiariter coniuncta ⁊ secretoꝝ
eius conscia desidero ex animo fieri cert
et ex auditis valeas ⁊ neophiti q̄ me
cum sunt ex te ⁊ p te ⁊ in te confortantē
Beata aut virgo dei genitrix maria in h
verba sibi respondit. Ignatio dilecto cō
discipulo humilis ancilla cristi ihu de
ihu q̄ a iobe audisti et didisti vera sūt
illa credas illis adhereas ⁊ cristianitas
tis votū firmē teneas ⁊ mores ⁊ vitā
voto conformes veniam autē vna cum
iohanne te ⁊ qui tecum sunt visere. sta
et viriliter age in fide ne te cōmoueat p
secutionis austeritas sed val at ⁊ exul
tat spiritus in deo saluari. Tante autē

auctoritatis beatus ignac⁹ extitit q̄ etiā
dyonisius pauli apostoli discipulus q̄
fuit in philosophia tam fūm⁹ ⁊ in diui
na sciencia tam perfectus. verbum beati
ignacij ad confirmacionem dic⁹torum
suorum tāquam p auctoritate adduxe
rit. Cum em̄ vt ipse in libro de diuinis
nominibus a testatur quidam nomen
amoris in diuinis reprehenderent dicē
tes in diuinis esse nomen amoris q̄ di
lectōis volēs ostendere h̄ noīe amoris
p omnia in diuinis esse vtendum ait.
Scribit autem diuinus ignac⁹ amor
meus crucifixus est. Legit in hystoria
triptita q̄ ignac⁹ audiuit āgelos cātā
tes antiphonas intonari Cū ergo beat⁹
ignacius diu p pace ecclesie dominum
exorasset non suum sed infirmoꝝ peric
ulum metuens. Troiano imperatoꝝ q̄
cepit anno dñi. c. de victoria redeuntē ⁊
cristianis omnibus mortē minanti oc
currit ⁊ libere se cristianum esse asseruit
q̄ troianus seruo vinctum decē militib⁹
tradidit ⁊ romā adductū precepit minās
eidem q̄ tradere ibidē bestijs deuorand⁹
Cū ergo romam duceretur ad omnes
ecclesias epistolas destinabat ⁊ vos in
fide cristi confirmabat Inter quas vnā
scripsit ad romanam ecclesiam sicut legi
tur in hystorijs ecclesiasticis rogans ne
suum martirium impediant ubi sic dicit
a syria vsq; romam cum bestijs. terza
maria depugno die ac nocte cōnerus
et collegatis decem leopardis militib⁹
ducoꝝ ad custodiam datis qui ex benefi
cijs nostris seniores fiunt sed ego eoz
nequicijs magis erudioꝝ. O salutare
bestias que preparantur michi quando
emittuntur quādo eis licebit carnibus
meis frui Inuitabo eas ad deuoracionē
meā ⁊ deprecator ne forte vt in nōnul
lis fecerunt timeant contingere corpus

meū. qui imo et si cūctabūē ego vī faci-
am. ego me ingeram. **D**ate queso veniā
ego noui quid michi expediat **I**gnēs.
cruces. bestie. dispersiones ossiū. discerp-
tiones omnium ossiū et membrorum et totū
corporis et oīa pene in me vñū supplicia
dyaboli arte quesita ostentur dūmō ihē-
sū cristum merear adipisci **C**ū ergo ro-
mam venisset et ante traianū ductus fu-
isset dixit ei traianus ignati cur antio-
chiam rebellare facis. et gentē meam ad
cristianitātē conuertis **C**ui ignaci⁹. vti
nam et te possem ouertere vt semp obti-
neres fortissimū p̄ncipatū **C**ui traian⁹
Sacrifica dijs meis et sacerdotū omnium
p̄ncipis cris **C**ui ignaci⁹ nec dijs tuis
sacrifica bo. nec tuā affecto dignitatem.
De me quidquid vis facere poteris sed nō
latenus me mutabis **T**raian⁹ dixit. plū-
batus scapulas eius contudit. et vngulis
latera laniate et duris lapidib⁹ eius vul-
nera conficit **C**ūq; hec omnia in eum fe-
cisset et ipse immobilis p̄maneret dixit
traianus **C**arbones viuos afferte et ipsū
nudis plantis desup abulare facite **C**ui
ignaci⁹ nec ignis ardens. nec aqua bu-
liens poterit in me cristi ihesu caritatem
extinguere **C**ui traian⁹. **M**aleficia sūt
q̄ tanta patiens nō osentis **C**ui ignaci⁹
Ros cristiani maleficia nō hūmus sed in
lege nostra maleficos viuere p̄hibem⁹.
Sed vos maleficia estis qui ydola adoratis.
traian⁹ dixit. **D**orsū eius vngulis
laniate et plagas sale pfūdite. **C**ui igna-
cius **N**ō sunt odigne passionēs huius
temporis ad fu. g. traian⁹ dixit **J**ā nūc
eum tollite vinculis ferreis alligate in
diplo i imo carceris custodite. sine cibo et
potu eū esse p̄mittite et post triduū deuo-
randū bestijs date. **T**ercia igit die impe-
rator et senatus omnisq; populus conue-
runt vt viderent episcopū antiochenū.

qui erat cum bestijs pugnaturus dixitq;
traianus quoniam ignacius superbus
et otumax ē ipsū alligat et duos leones
ad ipsum laxat vt nec ullas reliquias
ex eo relinquat **T**unc sanctus ignaci⁹
dixit ad populum qui astabat. **V**iri ro-
mani qui hoc certamen aspiciatis non si-
ne mercede laboraui quia non propter
p̄auitatem sed propter pietatem hoc pa-
ci⁹. **D**einde cepit dicere sicut legitur
in hystoria ecclesiastica **F**rumentum cri-
stianorum dentibus molar ut pa-
nis mundus efficiat. **H**oc audiens im-
perator dixit. grandis est tolerantia cri-
stianorum **Q**uis grecorum tanta tolle-
raret pro deo suo. **R**espondit ignacius.
Non hec mea virtute sed cristi adiutorio
toleraui **T**unc sanctus ignacius ce-
pit leones prouocare vt ad se deuorā-
dum accurrerent. **A**ccurrentes igitur
duo seu leones ipsū tantumō p̄for-
cauerunt carnem tñ eius nullatenus te-
tigerunt. **T**raian⁹ aut hoc videns cum
minia admiracōne discessit p̄cipiēs vt
non prohiberet si quis vellet tollere cor-
pus eius. **Q**uia propter cristiani corp⁹
eius tulerunt et ipsū honorifice sepelie-
runt **C**um autem traianus quasdam lire-
ras recepisset i q̄b⁹ lim⁹ scōus cristianos
quos imperator occidi iusserat plurimū
commendabat doluit de hijs que ignaci-
o intulerat. et p̄cepit vt nullus cristi-
anus inquireret si quis tñ inderet pu-
nirer. **L**egitur aut q̄ beat⁹ ignaci⁹ mē-
tot tormentoz genera nūq̄ ab inuocacō-
ne nominis ihu cristi cessabat. **Q**uē cū
tortores requirerēt cur hoc nomē toties
replicaret ait. hoc nomē cordi meo inscri-
ptū habeo. et ideo ab eius inuocacōe ces-
sare non valeo **P**ost mortē igit eius il-
li qui audierant volentes curiosius ex-
periri. cor eius ab eius corpore auellunt

et illud scindentes p medium totum cor
 inscriptū hoc nomine ihesus cristus lit
 teris aureis inuenerunt. Unde quia ex
 hoc plurimi crediderūt de hoc sancto di
 at bñ. sup psalmum qui habitat. Ma
 gnus ille igneus auditor discipulū
 quē diligebat ihesus martir et ipse cui⁹
 p̄caosis reliquijs est nostra dedicata
 paupertas. Mariam quidē in pluribus
 quas ad eam scripsit epistolis cristife
 ram consalutat. Egregius plane titul⁹
 dignitatis et commendatio honoris im
 mensi.

De purificatione b̄e marie

Purificatio beate virginis marie
 quadragesimo die post natiuitatē
 domini facta est consuevit autē illud fe
 stū tribus nominibus appellari scilicet
 purificatio ypopanti et candelaria. Pur
 rificatio aut dicitur ex eo q̄ quadragesi
 ma die a natiuitate domini beata virgo
 maria ad templum venit vt secundum le
 gis consuetudinem mundaret. Cum tñ
 sub illa lege nō teneret p̄ceperat autē
 lex leuitica .xij. q̄ mulier que susce
 pro semine filii peperisset immunda esset
 septē diebus immunda scilicet a conso
 cio hominū et ab ingressu templi. Sed
 completis septem diebus munda quidē
 effluebat quoad consozocium hominū
 Sed adhuc vsq̄ ad .xxxiij. diem quo
 ad ingressum templi immūda erat. Tā
 dem completis quadraginta diebus xl.
 die templum intrabat et puerum cū mu
 neribus offerebat. Si vero feminam pe
 perisset duplicabant dies et quo ad cō
 sozocium hominum et quo ad ingressum
 templi. Quare autē dominus p̄cepit
 vt .xl. die puer in tēplū offeret triplex
 potest esse ratio. Vna vt p hoc intelliga
 tur q̄ sicut puer .xl. die immateriale tē
 plū induat sic et .xl. die a concepcone
 vt sepius anima in corpus tanq̄ in suū

templum infunditur. Sicut dicitur in
 scolastica hystoria licet phisica dicant
 q̄ .xvi. diebus corpus p̄ficiatur. Se
 cunda vt sicut anima .xl. die copori in
 fusa ab ipso corpore maculatur sic .xl.
 die templum ingrediens p hostias ab
 ipsa maculā amplius expicitur. Tercia
 vt p hoc detur intelligi q̄ in templū ce
 leste merentur ingredi qui decem p̄ce
 pta cū fide quatuor euangelistarū volu
 erunt obseruare. In pariete vero femia
 duplicantur dies quo ad templi ingres
 sionem sicut et duplicantur quo ad cor
 poris formaonem. Nam sicut in .xl.
 diebus corpus masculi organisetur et
 p̄ficiatur et in .xl. die anima infundit vt
 sic corpus femine in .lxxx. perficitur et
 lxxx. die anima vt sepi⁹ inspirat. Qua
 re aut duplo corpus femine tardius p
 ficatur in vtero q̄ corpus viri et ei aia
 infunditur. Obmissis rationibus natura
 libus triplex ratio assignari potest. Pri
 ma quoniā cristus assumpturus erat car
 nem in sexu virili ideo vt ipsum sexum
 honoraret et ampliorē sibi graciā faceret
 voluit vt puer acius formaretur et ma
 ter acius mundaretur. Secūda vt quo
 miam mulier plus peccauit q̄ vir sic et
 erumpne eius ab erūpnis viri duplicate
 sūt exterius in mundo sic et duplicari de
 buerunt interius in vtero. Tercia vt p
 hoc intelligi detur q̄ mulier qdamō pl⁹
 fatigauit deum q̄ vir ex eo q̄ amplius
 deliquit. De⁹ em qdamō i nostris pra
 uis operibus fatigatur. Unde ipse dicit
 ysa. xliij. Seruire me fecisti in peccatis
 tuis. Et iterum dicit p psal. Laborau su
 stinens. Beata igitur virgo huic legi
 purificationis nō tenebatur qz non pe
 perit suscepto semine sed mistico spirite
 Unde moyses addidit suscepto semine
 cū tamen necesse non erat quantum ad

alias mulieres que omnes suscepto sei-
mine pariunt sed ideo addidit . vt dicit
Bñ . qz timuit i matrē dñi blasphemiam
irrogare **V**oluit tamen in hoc se subde-
re legi propter quatuor rationes . **P**ri-
ma ratio est . vt exemplum humilitatis
daret . vnde dicit bñ . Vere beata virgo
non habes causam nec tibi opus est pu-
rificatione . **S**ed nūquid filio tuo opus
erat circumfatione . **E**sto inter mulieres
tanq̄ vna illarum **R**am . filius tuus
sic est in medio puerozum . **H**ec autem
humilitas nō solū fuit ex parte matris
sed etiam ex parte filij qui similiter volu-
it se in hoc subdere legi **R**am in natiuitate
se habuit vt paup̄ homo in circum-
fatione vt paup̄ et peccator hō **S**ed hodie
vt pauper et peccator et seruus homo vt
paup̄ in eo q̄ oblationem pauperum
elegit vt peccator in eo q̄ ipse cū matre
